



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.XLI. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

apud serenissimos Principes amorem. Verum ille nihil sibi honoris arrogans, sed & totum Deo adscribens, cum suis Religiosis, ita vixit, non ut Dominus, sed ut illorum omnium, in procurando necessaria minister, in clavigendo ut Pater, omnibus revera omnia factus, ita tamen ut ab omnibus non ministrum timeretur quam amaretur, et si ad correctionem, non tam strenuitas &

*Præfuit
sanctissimè
non minus
quam mihi
sanctissimè.*

rigor valeret, quam exemplum, cuius contuitu, nemo non quidquid in se vivitum esset, & deprehenderet facile, & in seipso confundereatur. Ita præfuit felicissimo, dum vixit, Cœnobio, & felicitatem etiam successoribus reliquit, prater numerorum sufficientiam, euam omnia optime constituta, & mortem facile ex annis & defectu virium prævidens suam, ad eamdem se se tuta vita comparasset, sub extrema tamen, torus in hoc umeo fuit, ut paratissimus vocari. Domino fidelis revera servus & prudens occurreret. Ita munitus denique omnibus, ex more sanctæ Romanae Ecclesie, Sacramentis, placidissimè decessit, ingenti sui reliquo desiderio, maximo non solum Mariæbergensem, sed suorum Weingartensem luctu, quibus consulere nunquam defuit, & per calamitatem bell'i Sueco Germanici, plures benignè complexus, paternè fovit & aluit, ornamentum utriusque Cœnobij, imo Ordinis universi sempiternum. Mariemontani Parenti optimo sequens Epitaphium posuere:

*Anno Christi M. DC. XL. XX. May
Matthias Reverendissimus Dominus Abbas
Epitaphi-
um.
XXXV. Monasterij S. MARIE de Monte,
postulatus ex Monasterio Weingartenensi, qui
Monasterium hoc parvum rest. suravit, par-
tim de novo reedificavit, pluribusque praedijs: Vineis & præventibus auxit: eaque
propter meritissimo, ALTER FUND ATOR audit. Prefuit autem Administrato-
tor annos sex. Abbas vero viginti qua-
tuor.*

Ex lamina stanni feretro & tum-
bae imposta. Habuit fratres germanos duos, alterum Oeconomum & Priorem Cesareensem, alterum Joannem Abbatem Ochsenhusanum, utrumque fratris minimè dissimilem. Ceterum memorabile valde, Matthias post aliquot annos corpus, repertum non solum incorruptum, sed barbam,

*Corpus post
aliquot an-
nos incor-
ruptum.*

quam ante obitum habebat, can-
dore niveam, juvenili flavidine com-
mutatam, haud dubio indicio Ange-
lici animi, corpus Virgineum olim in-
habitantis, atque ob hoc ipsum, tanto
post incorruptum, exemplo nostraæ-
tate in primis memorando. Ex monim,
Weing. Marienberg. oculatisque testibus.

Ipsò anno 1640. die 23. Decemb.
moritur Ven. Vir P. Wenceslaus Al-
fius Monachus Cladubrensis Cœno-
bij Deiparae sacri, qui tentatione olim
vielus cum inde se furripere vellet, ab
ipso Deipara recentus, religiosissimam
deinceps viram duxit, & cum grandi
aliquando statua. B. M. V. è sublimi
prolapsus prodigiosè servatus fuit. Ex
monim. ejusdem Canobij.

IESU CHRISTI ANNU S. M.DC.XLI.
Sancti Pauli Benedicti. M.C. LXI.

*N*E absque purpurâ Sanguinisto-
ties Cœolis in Ordine nostro com-
mendarà etiam postrema hæc nostra
etas, DEO, & Angelis, & homini-
bus spectaculum esset, in arenam &
seenam hoc anno prodit sanctæ me-
moræ, insignis Christi Athleta P. F.
Ambrosius Barlo Congregationis nc-
stræ Anglicanæ Presbyter Monachus.
Js Anglus patria, hanc pro Christo ju-
venili atate desérens, Monachū Dua-
ci, in Monasterio Sancti Gregorij pro-
fessus est. Inde non minus quæstâ
denuo & reperitâ, quam reliqua olim
patriâ gloriosus, fidei propagandæ &
propugnandæ Zelo æstuantissimus, ut
illam & concives Christo lucraretur,
ingentia pericula subire, labores per-
ferre, molestias tolerare in præcipuis
habuit: quin & suum denique cum vita
Sanguinem, Christo pro patria, imo
pro hostibus aequæ atque amicis offer-
re gestij, & generosè obtulit, post san-
ctam vitam, & diuturnos viginti qua-
tuor. annorum labores in excolenda
Domini Vinea exanthlatos, copiosum-
que animarum fructum Deo oblatū,

*Martyris
coronauit.*

pro defensione sanctæ Rom. & Apo-
stolicæ Fidei, hoc ipso anno, quarto
Iduum Septembris Lancastriæ Mar-
tyrio consummatus, aetatis sue quin-
quagesimo quinto, professionis sue 25.
Sacerdotij vigesimo quarto. Ex In-
teris ad me datis Rev. D. P. F. Clementis
Reineri ejusdem Congregationis meritis-
mi Generalis, &c.

Sed

Sed & coelestis in terris Coelestina
nostra familia lucidissimum hoc ipso
anno ecclis Sydus transmisit sancta
memoria Petrum Santutium ex Man-
fredonia, in Apulia plana nunc Capita-
neata, virum plane incomparabilem,
quippe qui virtute asperitate, orationis ac
meditationis assiduitate, virtutum omni-
um ornatus, rebus praeclarè gestis,
muneribus in Ordine laudabiliter obi-
tis, charitate in proximos, mirabili er-
ga D E U M confidentia & affectu, coele-
stibus visionibus & revelationibus, vir-
tute ejiciendi cacodæmones, diverso-
rum & gravissimorum curatione mor-
borum, Spiritu Prophetæ meritorum
aliorum & diversissimorum gratia, etiam
postquam vita defunctus illatus est
tumulo, & provinciam ac regionem
circumpositam infinitis demeruerit
meritis, & Ordinem universum insig-
niter exornaverit. Ejus vitam descrip-
xit prolixè ejusdem sacrae Reformatio-
nis scriptor insignis, typis Bononiae ex-
pressam anno Christi 1648. Ex R. P.
Philippe Malabayla, &c.

Sed & terrium ex Ordine Sydus hoc
ipso anno ambitionis sibi exambiens
digna ambitione ecclœ, terris, & fœ-
cundissimo Sanctorum, etiam postre-
ma & perditissima ætate nostra, Gallia-
rum Regno, incertenti abstulit, sanctissi-
mæ memoriae Dominam, Cathari-
nam de Roquelaure (de cuius converio-
ne supra) Dux præstantissimi & Ca-
strorum Regionum prætoris Marescal-
li filiam: de cuius vita fine, ita sanctus
vita scriptor, cum mira ejusdem ad fa-
ctum Calvariae nostræ Institutum vocatio-
ne descripsisset: Tandem, inquit, multis
aucta virtutum instantibus, clariorque San-
ctitate, quam stellata, ardente febre cor-
repta, multoque astu diu testa, gangrena
corpusculo rabido exsuum afferente paulo
post conficiendam, & ad immortalia trans-
ferendam intelligens, miranda virtutum
omnium exempla, non aliter quam sol, qui
quo occasui instat propius, eo copiosiori luce
splendet, edidit, maximè vero humilitatis,
rerum omnium abdicationis, penitentie,
patientie, vehementissimeque in Christum
Dominum, Matremque ejus integrissimam,
dilectionis: solitaque dicere: Nunquam
ad D E U M agri & renitenti mente profi-
ciscendum, sed expeditè, alacriter, ingenuè.
Nullum remedium quantumvis acerbum
sensibusque adversum respuebat, porrectum-

que semel pharmatum in ultimis constitu-
te, vel guttulam aquæ sorbere impotens,
cum in honorem sellas & aceti, quo sacrum
Christi Domini os in Cruce maduit haurien-
dum sibi intellexisse, data manu audie-
nè feces ipsas deglutiuit. Ejus una vox,
cum praecutis forcum novacularumque
ictibus caro ipsa crebrius dissecta, lachry-
mas ab ipsis spectansibus cicer & horrore:
Sit adorandum Nomen IESU, Sanctaque
Matri MARIAE benedictum! Subdens:
Tu nosti, Sponsæ amantissime, meipsam to-
tam tibi tradidisse, nec ad modicum, prop-
ter immensum amorem tuum, sed quod-
unque, quantumque visum fuerit, aman-
tissime. Bonitati D E I mei, & Domini mei,
Propitius esto peccarici anima, sed tuis in
eternum Christi IESU! Ardentiori se-
bris astu ac igne depasta, inter ipsos acutissi-
mos dolores, ad ipsam proxime mortis
objecitam tetricam imaginem, immota pace
fruens, hac una cogitatione tristadiare ani-
num dicebat, nimurum, SE BENEDE-
CTINAM MORICALVARIÆ na novi
ALUMNAM, Sacratissima Virginis, ad
Crucem mortensis filij plantis, filiam, in-
digensam licet, sed suam, sed Es profrus
addiccam. Denique Verba ejus novissima
hæc fuere: Offero tibi Domine IE-
SU quos tolero exiguae dolores, in unione
acerbis morum cruciatuum à Te agno inno-
centie, propter me multis criminibus ream;
exanislavorum, atque hæc dicens expiravit,
anno Christi 1641. Ita Præfatus author.

Sed & altera hoc ipso anno à Bene-
dictinis, verè Benedictis Calvariae a-
luminis, Christum sese in vestigio se-
quutram, verè crucis bajulam, verè cru-
cifixam, quotidiano Vita exemplo
comprobans, agonem suum feliciter
consumavat, sanctæ memoriae Mater
Ludovica à Sancto Placido, Virginia-
lem pudicitiam, vita rigidioris incle-
menti austerritate, tanta sensu[m] mor-
tificatione, tanto suimet ipsis odio eu-
stodivit, vallavitque, ut non mortifica-
ta, sed verè mortua dici posset, incre-
dibili pœnitentis Vita severitate & fer-
mitate semet ipsam tractans & confici-
ens, longo, quotidianoque Martyrio,
sese Numini immolans: cuius ab obitu
Virgineum corpus, totum tabo ex hor-
rendo flagellarum usu diffluens reper-
tam, invicti animi Generositatē, cum
summa omnium admiratione, mani-
facto comprobavit. Ex R. P. Amando
Tribout.

Eo.

Ludovica à
Placido,

Ven. Ca-
thar. de
Roquelaure.

Insigne ejus
dictum.

Eodem anno meritissimus de Or-
dine & Congregatione in primis Burs-
feldensi magno bonorum omnium lu-
ctu extinguitur Henricus Spichernagel
Congregationis ejusdem lectissimus
Præses, celeberrimi Monasterij S. Pan-
taleonis Coloniae Abbas meritissimus,
multorum scriptorū laudibus eximiè
celebratus, ob egregias animi & corpo-
ris dotes nemini non amore dignus vi-
sus & admiratione atque veneracione.
Fuit hic ferventissimus disciplina Mo-
nasticæ assertor & promotor, ipsius ex-
emplar omnibus omnium virtutum,
factus, laborum omnium etiam in gra-
vi senio patientissimus, cum ipsum Re-
formationis gratia, nec senium retard-
arer, neque ulla itinerum vel temporo-
rum difficultas, verè fulerum singula-
re & ornamentum Ordinis suo tempo-
re habitus; id consequutus, ut etiam à
morte nomen ejus sit in omnium ore
& benedictione. Circa confessus &
laboribus requievit in Domino 3. Maij,
anno Christi 1641. aetatis sua 76. Ex
Monumentis ejusdem Canobij & communi-
catis adm. Reverendi P. Antonij Erckelens
de nobis meritissimi.

Ornamen-
tum Ordini-
nis.

Henricus
Abbas Tai-
nj.

Albanus
Roe Con-
greg. Angl.

Quo ipso etiam anno vita excessit,
non minor industria ac Zelo Monasti-
co Reverendissimus Henricus Gyseni-
us S. Hereberti in Tuitio prope Colo-
niam Abbas, Sacrosancta Theologiae
Doctor, & Professor in Universitate
Coloniensi, pro eximijs viræ meritis ad
Abbatialem electus dignitatem, quia
se dignissimum probavit; quem mag-
na & laudabilia meditantem vix quin-
que exactis in regimine annis, magna
fuerum expectationi bonum Numen
præripuit, plurimum à bonis omnibus
deploratum. Ex monumentis ejusdem
Canobij.

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D C . X L I I .
Sancti Patris Benedicti. M . C . L X I I .

Terum triumphant in ecclesi Eccle-
siæ Generosissimus ex Ordine Bene-
dictino miles & Heros, vexillum glo-
ria cum laurea Martyrij insert, digno-
ceclitum plausu exceptus. Is fuit Ve-
nerabilis P. F. Albanus Roe, qui eodem
Dei amore, quo patriam juvenis reli-
quit, eodem, quod totum se Christo in
Ordine consecrans, quartum de mis-
sione Apostolica Votū edidit, eodem
met ipso patriam repetit, ut vel san-

guine proprio, post ingentes labores &
pericula, eamdem Christo lucraretur.

De ipso sic Reverendissimus Dominus
P. F. Clemens Reinerus Congregatio-
nis Anglicanæ Præses Generalis, felici
nuncio Ordinem, & Christianum Or-
bem vulgatistypo litteris beans & ac-
cendens: *Benedictus fit, inquit, Glori-
sus Rex Martyrum IESUS Christus, pro-
cujs Fidei defensione hoc anno currens*
1642, die 31. Januarij, Londini Martyrium,
Generoso, alacri, & excelsō animo subiit Re-
verendus P. F. Albanus Roe Congregationis
Anglicanæ Ordinis S. BENEDICTI Pres-
byter & Monachus Anglus in Monasterio S.
Laurentij de DEI custodia, vulgo dicte-
wart, Diœcesis Tullensis professus, etatis
sue anno circiter sexagesimo. Causa con-
demnationis fuit, sincera professio Fidei Ca-
tholice Apostolice Romane, functio Sacer-
dotalis, & constans exercitium illius, per
plurimos annos, in solarium Catholicon
dicti Regni, &c. Tenor vero sententie, sicut
mos est in Anglia, quoties morti proditores
adjudicantur, cum ferunt sensum: ut con-
demnatus vimina erate majori trahim-
posita post causam equinam, per sordidas,
asperas, & inaequales plateas, ignominiose
ad locum supplicij rapiatus, in maiorem cru-
ciatur sub patibulo (profaciens ossiflororum
& infamum homini justis supplicij pre-
parato) semibranguletur laqueo: deinde
ur redeunti ad se amputent virilia, & ig-
ne comburantur. Tunc ut calvo aperiatur
venus, ac eritis illy, etiam cor & viscera
spiranti adhuc, ac reluctanti manu carni-
ficis evellantur, & in ignem justa positum
projectantur. Denique ut reliquum corpus,
in quatuor partes, disjectum, & elixum, ad
varias civitatis portas, in demortui ac con-
sanguineorum perpetuam ignominiam su-
spendamur, &c. Ita citatus Clemens
Reinerus noster, & nos in Annalibus
Benedicti. Addit autem in suis ad nos,
cum relatione hanc, datis, de alijs non-
nullis nostri Ordinis viris, eamdem sen-
tentiam passis, est ad executionem
needum deducta sit, ita inter alia tam
Albeni gloriosum agonem, quam re-
liquorum è nostris expectationem de-
scribens: *Accipe, & unam cum oculis pre-
gandia lacrymanibus, intuere hunc spe-
ciosum botrum, quem Vineæ Anglo-Benedi-
ctina produxit, ubiorem Vendemiam, ino deside
postquam persecutioñis fervor exteros ra-
mos eque decoxerit, mox datura: nam ex dem
nunc plures sumi conjecti in careceres, ex
qui-*

Plura ex-
ciosum botrum, quem Vineæ Anglo-Benedi-
ctina produxit, ubiorem Vendemiam, ino deside
postquam persecutioñis fervor exteros ra-
mos eque decoxerit, mox datura: nam ex dem
nunc plures sumi conjecti in careceres, ex